

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Fecht Johann Philipp Meier

**De Peccato Originali, Mortali Et Veniali, Theses Theologicae, Martini Becani,
Iesuitae, Manuali Controv. Lib. I. cap. XIV. oppositae**

Durlaci: Mullerus, 1686

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn787863149>

Druck Freier  Zugang



A, 4 C 52 b. 6.

80.



Fa-1092(80)

In Tomo hoc XXXVII sunt

1. Jo. Schmid de Peccato ad 1 Pet. III, 4.
2. — De liben Arbitrio. Jo. VIII, 36.
3. Seb. Schmid de Script. S. ad 2 Pet. I, 19²⁰, 21.
4. D. Damhaueri Alethea Sancta sui vindicta.
5. Jo. Faust proli. de notione divina ad Act. XVII, 28.
6. D. Georgij Haeberlini fascic. chyrha. Cant. I, 13.
7. Andreas Vinnius ad Psalmum II.
8. Jo. Schmid de vita Eterna.
9. Christiani Detz. Manipulus Thesis Prachium sub B.
Sueciam propositarum.
10. D. Martin Gejeri conformitas Iudeo Papstionis
doctrina de Des Angelis & homine.
11. Christoph Laur. Meelführer p. in. de Athosmo.
12. Jo. Andr. Quenstedt de Persequitione Venetiorum.
13. Gabrielis Wedderkopf de Athosmo Ponianorum.
14. Michael Foeutsch de Seoum naturalium origine.
15. — De ordine Script. prout ea sum. Nat. conc.
mens de s.
16. c. Jo. Fecht de Iudie Controversiarum.
16. a. — De Trinitate.
16. v. — De Antichristo.
17. — De ignorantia sanctorum.
18. — De Luyatono.
19. — De Communione sub utraq.
3

20. D. Joh. Fr. de Myra.
21. —. De sacramentis.
22. —. De vocatione Ministerium Ecclesie.
23. —. De Celibatu eundem.
24. Hoornbeek de Theologia Primi:
25. —. Sans postenor.
26. —. De Tentatione Dei.
27. —. De Autoritate N. T.
28. —. De Picciate.
29. —. De Devotione.
30. —. De Meditatione Sacra.
31. } —. De Studio verbi divini:
32. } —. De Scissu divinae gratiae.
33. —. De Fiducia in Deo.
34. —. De Gaudio Spirituali.
35. —. De Felicitate.
36. —. De Christo.
37. —. De Ascensione Christi:
38. —. De Gloriâ Christi celesti:
39. —. De Spiritu S.
40. } —. De Providentia.

42. } Hoornbeck de Prædestinationes.
43. }
44. }

44. — . De Sabbatho.

45. — . De Ministeri auctoritatis.

46. — . De Syamine Ministerorum.

47. — . De Corum officio.

48. }

49. }
50. — . De Parochialium vita.

51. }

52. }
53. — . De Fœdere carthaginie.

54. — . De Mundio.

55. — . Ad Matt. xxiii, 37.

56. — . — . xl, 20. 21.

57. Job. Cocceji de Divinitate Script.

58. } — . de Perfectione Script.

59. } — . de Fœdere gratiae et Verbo M.T.

60. }

61. } — . de Logionis Ag. et.

62. }

63. } — . de Statu Illuminationis Christi:

64. }

65. Jo. Careji de Regeneratione et Resipiscientia.
66. — De oblatione Christi.
67. Wettsteinij. De unionis Personalis in Chish Forma,
Fine Effectio. ch.
68. — Lucae Gernlein de Forma Unionis Personali
in Chish.
69. — De Prometatio. Dei.
70. — De Peccato in spiritum.
71. Wettsteinij de Praedest. Bonorum et malorum.
72. Eis et Collegam syllabus Controversiam

V.

24.

DE PECCATO ORIGINA- LI, MORTALI ET VENIALI,

THESES THEOLOGICÆ,
MARTINI BECANI, JESUITA,

Manuali Controv. Lib. I. cap. XIV. oppositæ.

Quas

Ex publicis Prælectionibus

DOMINI
JOANNIS FECHTII,

SS. THEOL. LIC. SEREN. PRINC. MARCH. BAD.
CONSIL. ECCLES. ET CONC. AUL. ILLUSTR. GYMN.
INSPECT. ET PROF. P.

Doctoris sui pie sanctis usque obsequiis colendi,

Excerptit, atque in SOLENNI congressu
AUSPICE DEO

Eodem P RÆSIDERIO
publicæ disquisitioni subiectas defendet

JOHANNES PHILIPPUS MEIERUS, Durlacensis.

Ad diem Julij, horis pomeridianis
M DC LXXXVI.

DURLACI,
Literis MARTINI MULLERI.

V I R O

MAXIME REVERENDO, AMPLISSIMO ATQUE
EXCELLENTISSIMO,

D O M I N O

MICHAELI FÖRTSCHIO, SS. TH. LICENT.

SEREN. PRINC. MARCH. BAD. ECCLESIASTÆ AULICO
ET THEOL. PROFESS. PUBL. CELEBERRIMO.

U T E T

V I R O

NOBILISSIMO ET SPECTATISSIMO,

D O M I N O

JOHANNI CONRADO KAUFFMANNO,

PRÆFECTURÆ MÜHLBURGENSIS ADMINISTRATORI
MERITISSIMO ET DEXTERIMO.

D O M I N I S

PATRONO SUO MAXIMO AC PRÆCEPTORI,
FAUTORIBUS ET EVERGETIS, DEVOTO ANI-
MO PERPETUUM COLENDIS,

Disputationem hanc Theologicam,

debitæ ob beneficia gratitudinis publicum extaret
testimonium.

submisse offert ac devotè consecrat

R E S P O N D E N S

JOHANNES PHILIPPUS MEIERUS.

D E
PECCATO ORIGINALI, MORTALI
ET VENIALI.

T H E S I S I.

N ponendo controversiæ statu sententiam Lutheranæ Ecclesiæ non satis candidè exprimit *Becanus*. Dum enim ad questionem: quid sit peccatum originale? nos docere respondet: esse concupiscentiam; eam legenti opinionem imprimit, ac si in solâ concupiscentiâ originale peccatum statueremus consisteret, cum haut ignoraverit, saltem ignorare non debuerit, originale peccatum duabus quasi partibus secundum nos absolvit: privatione justitiae Originalis & prava concupiscentia. Nec etiam, quoad alteram controversiam, à nobis negari, peccatum mortale & veniale inter se distinguunt, sed id tantum: non dari peccatum veniale, quod ex se & naturâ sua tale sit, doceri.

II. In confessio est, existere in homine post lapsum inclinationem quandam & pronitatem ad malum, nec eandem tantum, quæ quorundam est Pontificiorum sententia, in appetitu sensitivo, sed, quod largitur *Becanus*, sensu & experientia teste, in intellectu quoque & voluntate residere. Cumque hic naturæ mortibus primum hominem haut occupererit, certe in actum erumpere, quod hodie & facile fieri & quotidie videntur, non potuerit, eundem lapsi hominis miseriis utrinque rectè annumeramus. Sed cum nos id malum, quia legi divinæ contrarium est, peccatum, & quia à nativitate homini adhæret, originale peccatum appellemus, Pontificii imperfectionem tantum quandam, languorem naturæ & fomitem peccati vocant, peccatum autem veri nominis esse prorsus inficiantur.

III. In examine argumentorum, doctrinam Ecclesiæ nostræ probantium, ea, quæ præcipui momenti sunt, omittit *Becanus*. Nec enim quisquam nostrorum est, quin in fronte collocet Apostoli testimonium Rom. VII. *Sic in me, id est, in carne mea non habitare bonum &c.* in eoque sedem doctrinæ hujus constituat. Quod enim Paulus haut semel disertè

peccatum vocat, & peccatum quidem, legi mentis, per Spiritum S. re-
generate, adversum, cuius malitiam ipse deplorat, sequere ab eo liberari
optat, id utique peccatum esse propriè dictum, ex ipso verborum tenore
intelligitur. Atqui concupiscentiam. Ergo. Proximam vero ab hoc
vix obtinet, quod è natura & definitione peccati ducitur, argumentum.
Quicunque enim motus legi divinæ repugnat, is juxta Apostoli effatum
I. Joh. III, 4. peccatum est propriè dictum. Atqui concupiscentia.
Ergo. Quanquam verò ad hoc probandi robur argumenta à Beccano ex-
aminata, nisi in quantum in his ipsis fundamentum habent, non ascen-
dant, ea tamen & his addi nihil impedit & à responsionibus Beccanianis,
nervum duntaxat eorum rectè adstringendo, tutæ præstari nullo nego-
tio possunt.

IV. Primum itaque argumentum ex Rom. VI, 12. desumptum,
hoc Syllogismo repræsentatur: Quicquid Apostolus peccatum vocat, si-
ne ullo vel à se vel ab aliis addito improprietatis indicio, id utique non
impropriè vel causa peccati, vel pena & effectus peccati, sed veri no-
minis peccatum est, eò quod ad improprietatem sine manifesta ratione,
qua vero Beccanus, omnimodè destituitur, deveniendum non est. Atqui
concupiscentiam. Ergo.

V. Secundum argumentum, quod Augustini dictum præbet: **Con-**
cupiscentia remittitur in baptismō, non ut non sit, sed ut non inputetur in pec-
catum, hunc in modum concludit: Quicquid ablato reatu ita est in ren-
atis, ut sit & peccatum & inobedientia contra dominatum mentis, id est,
repugnantia contra legem interni Spiritus, meliora suadentis, id in se &
per se est veri nominis peccatum. Atqui concupiscentia. Ergo. Minor
probatur ex Augustino, libro quinto contra Julianum sicut ita interpre-
tante: **sicut cœtitas cordis, quam solus remoret illuminator D E U S, & peccatum**
est, quo in D E U M non creditur, & pena peccati, quā cor superbum dignā anim-
adversione punitur, & causa peccati, cum mali aliquid cœi erroris culpā
committitur: ita concupiscentia carnis, adversus quam bonus concupisicit spiritus,
(quæque adeo renatis inhæret) & peccatum est, quia inest illi inobedientia
**contra dominatum mentis, & pena peccati est, quia redditæ est meritis inobedi-
entia, & causa peccati est, defensione consentientis, vel contagione nascentis.**

VI. Argumentum tertium ex eodem Augustino depromptum, hoc
est: **Quicquid ideo odit D E U S, quia est peccatum in mortali corpore,**
quod ad peccata alia sollicitat, cuius desideriis resistendum, contra quod
pugnandum, quodque vincendum est, id non est languor tantum natu-
ræ, sed veri nominis peccatum. Atqui concupiscentia. Ergo. Min-
orem

45.

rem contextus Augustiniani testimonii insinuat, è quo ista excerpimus: *cum odisti iniquitatem, vix tibi surrepit, ut aliquid mali facias. Est enim peccatum in mortali corpore. Sed quid dicit Apostolus: non regnet peccatum in vestro mortali corpore, ad obediendum desideria ejus. Vince peccatum & voluntatem ejus. Peccatum & iniquitatem oderis, ut jungas te D E O, qui tecum illud oderit: & quæ sequuntur.*

44.

VII. Argumentum quartum ex I. Joh. II, 16. sic habet: *Q. ita non est à D E O, quemadmodum est à mundo, id non est dicendum, non esse à D E O creante. Alias enim, quicquid non crearet D E U S, id crearet mundus, quod absurdum. Atqui concupiscentia. Ergo. Ita enim loquitur Apostolus: concupiscentia non est à patre, sed à mundo. Oecumenius h. l. Eum qui ex patre non est, sed ex mundo, ex diabolo esse perspicuum est. Porro: Quicquid non est à D E O in oppositione ad id, quod est à D E O volente, id est à D E O nolente atque prohibente & consequenter est veri nominis peccatum. Atqui concupiscentia. Ergo. Minorem habent verba Apostoli: concupiscentia non est à D E O patre, sed à mundo, qui perit. Qui verò voluntatem D E I facit, is permanet.*

43.

VIII. Argumentum denique quintum hoc nervo incedit: omnis miseria ex humanæ naturæ conditione per se, necessario & naturaliter resultans, atque ideo omnibus hominibus inexistent, à Christo assumpta est, nisi sit peccatum. Concupiscentia. Ergo. Ad istam vero majorem propositionem inconvenientes esse instantias ab ignorantia, (quæ, in quantum culpabilis est, peccatum est) à febri & podagra, (quæ si per se & necessario ex humanæ naturæ conditione oriuntur, omnes febriculosi & podagrici forent) deductas, nec pueri ignorant.

42.

IX. Nunc confirmatæ Orthodoxæ Ecclesiæ sententiâ, de conclusionibus Beccani facile est judicium ferre. Nam prima conclusio: *peccatum originale, quod in Adamo contrahimus, non est concupiscentia, seu inclinatio ad concupiscentium, falsa est & præter adductas rationes è solo Philosophorum canone refellitur: qualis est effectus, talis est causa. At concupiscentiæ effectus est peccatum. Ergo & concupiscentia, tanquam causa. Nec contrarium per adjectam à Beccano ratiunculam: quicquid habet rationem peccati, hoc per Christi gratiam in baptismo tollitur, concupiscentia verò non tollitur; probatur. Quaenam vi majorem propositionem alibi se probaturum ait, eodem robore nos alibi eandem longe efficacius destruemus.*

28.

X. Secunda verò conclusio: *peccatum originale est privatio justitiae originalis, nobis adversa non est. Quanquam cum originalem justitiam duplificem facit, alteram, quæ subjiciebat mentem D E O, alteram, quæ carnem*

A 3

spiritui,

30.

31.

32.

33.

34.

DFG

spiritui, hancque donum dicit fuisse supernaturale, quo appetitus sensitivus refrænabatur & perfectè subjiciebatur recte rationi, atque hinc concludit, peccatum originale non consistere in privatione totius justitiae, sed illius solum, quæ fuit in intellectu, non autem illius, quæ fuit in appetitu sensitivo, mera figura narrat, ab otiosis scholasticis excogitata, nec ullo scripturam fundamento subnixa.

XI. Quod posteriorem controversiam de peccato mortali & veniali concernit, veniale aliquid tripliciter dici posse, non abs re monet *Becanus ex eventu*, cuius nempe veniam consequimur, quo pacto immania quævis scelerata interveniente penitentiâ venialia peccata impropiè loquendo fiunt; *ex causâ*, quod non ex malitia, sed ex passione, infirmitate & ignorantia commissum, quo solo sensu Lutherani quædam peccata recte venialia dici propugnant; & *ex naturâ*, quod nec mortem animæ adfert, nec æternâ morte per se dignum est. Quo sensu venialia dici nonnulla peccata, utpote quæ fiunt vel ex subreptione, vel ex imperfectione operis, vel ex parvitate materiæ, aut ejusmodi causis aliis, Pontificii affirmant, Lutherani negant.

XII. Ob hanc vero negationem Lutheranis hæresin vel Jovinianam vel Pelagianam, quæ peccatorum discrimen & gradus sustulerunt, objectare, non est nisi hominis vel monströsè indocti, vel petulanter malitiosi. Quis enim ferat insanum argumentatorem: qui omnia peccata per se mortalia ex gr. omnes cædes capitales esse dicunt, ii nullum inter peccata ex gr. homicidia discrimen relinquent?

XIII. Primam conclusionem suam: *præter peccata mortalia dantur etiam aliqua, que ex naturâ suâ venialia sunt*, quam communem esse patrum & totius Ecclesiæ sententiam, vanâ jactatione cum Bellarmino asseverat *Becanus*, duplice argumento probat, quorum prius ex eo deductum: *quod mors animæ consistat in privatione gratie & charitatis*, quedam vero peccata neque gratia neque charitate privent, nihil aliud probat, quam nonnulla peccata non inferre actu mortem. Meminisse verò debebat *Becanus*, mortalia peccata ab ipsomet definita esse, *que NEC mortem animæ adferant, NEC aeterna pena per se digna sint*. Quod enim quædam peccata actu non damnent, non ex eo est, quod morte non sint digna, sed quod à Deo ideo, quia ex infirmitate commissa sunt, non impunientur: sicut nonnunquam cædes, quæ in se capitalis est, ei à principe condonatur, qui casu potius, quam deliberato consilio, eandem designavit.

XIV. Posterioris argumentum ex Matth. V, 22. è Theologiâ Parabolicâ, quæ non est argumentativa, procedit, cuius debilitatem ipsimet Pontificii scriptores agnoscunt, è quibus *Seb. Barradiu*, ut *Jesuitæ Jesuitam*, & illo quidem

45.

quidem magis celebrem, opponamti, è Tom. II. Harm. lib. VII. c. 17. audiemus: *Quæres: num iræ venialis, an mortifera gradus hic sit? Chrysostomus venialis peccati esse arbitrii videtur hunc primum & secundum quoque gradum. Verisimiliter est, de irâ mortifera loqui Christum, id quod probat supplicium.* Cumque idem dicendum esse de secundo gradu disputasset, terroque gradui, tanquam peccato graviori, graviorem gehennæ pœnam assignari dixisset, subdit: *Dices, reliquis duobus non tribuitur hæc pœna; non igitur sunt mortifera, Responditur: tres hos gradus supplicij pœnam significare gehennalem, cuilibet lethi-fero criminis destinatam, sed quia iracundia genera dispara sunt, etiam dispariter significata supplicia.*

XV. Secunda Becani conclusio, quæ in distinguendis peccati veniales speciebus occupata est, si de veniali peccato ex natura sua loquatur, mera somnia narrat, omni ratione destituta & falsæ hypothesi innixa.

XVI. Denique argumenta, pro sententiâ nostrâ facientia, quæ dissolvere laborat *Becanus*, vindicari facile ab assutis responsionibus possunt, ut nunc ordine ostendemus.

XVII. Primum argumentum præbet indefinita literæ universalitas, quippe quæ peccato, ut sic, id est, omni ei, quod veri peccati rationem habet, mortem denunciat. *Anima, quæ peccaverit, morietur.* Ezech. XVIII, 4. Non dicit: anima, quæ mortaliter peccaverit, sed quæcunque peccaverit, id est, legem transgressa fuerit, (transgreditur autem & ea, quæ venialiter peccat) morietur. *Stipendium peccati* (est autem & veniale peccatum utique peccatum) *mors est.* Rom. VI, 23. Stolidum autem est, indefinitas de peccato locutiones definite de peccatis mortalibus intelligere, eò quod eorum exempla præcesserint. Nam solenne est, præmissis quibusdam exemplis, cum omnia afferre infiniti operis sit, generaliter concludere. Quinimò utroque loco specialibus vitiis peccati universum genus expresse adjicitur, velut apud Ezechiem: *quicunque ista omnia non fecerit, quæ nempe præcesserunt, præcesserat autem post recensita speciatim virtus generale istud: qui in præceptis meis ambulaverit & iudicia mea custodiverit, qui hoc nempe non fecerit, qui in præceptis Dei non ambulaverit, sicut certe is, qui venialiter peccat, in præceptis Dei non ambulat, non vivet, nisi penitentiam egerit, sed morietur.* Paulum verò à peccato omni, quod in universum immunditia & iniustitas quædam est, dehortari, torum caput legenti adeò manifestum est, ut verba supervacuum sit operosè adferre.

XVIII. Alterum argumentum à divinarum legum connexione petitur, quam Jacobus prædicat. *Qui totam legem servaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus.* Ratio enim, quam Apostolus addit, quâque catenæ

45.

44.

43.

42.

28.

30.

31.

32.

33.

34.

35.

36.


tenæ istius individuum nexum commonstrat, quia nempe idem, qui dixerit: *non mœchaberis*, dixerit quoque: *non occides*, in venialia æquè ac mortalia peccata quadrat. Qui enim dixit: *non occides*, is idem etiam dixit: *non concupisces*. Et qui dixit: *non mœchaberis*, is nec dicere intermisit: *non adspicies mulierem ad concupiscentium eam*. Adeoque in universum: qui dixit: non peccabis mortaliter, is idem & dixit, non peccabis venialiter. *Quod si non mœchaberis*, (non peccabis mortaliter) *occides autem*, (vel manu, vel animo, vel cæde, vel irâ inconsideratâ, id est, venialiter peccabis) *factus es transgressor legis*, adeoque reus pœnæ.


XIX. Terrium argumentum ab offensione Majestatis divinæ desumitur. Cum enim Deus homini in creatione sufficiens dederit vites, legem suam sine omni defectu servandi, eas vero homo malitiosè decoxerit, impossibile est, quin Deus justitiæ suæ memor, cuius effatum fuerat: *quo die peccaveris, morieris*, legis etiam minimam transgressionem possit æquo animo ferre, nec morte vi comminationis suæ in eandem animadvertere. Quod verò hodie non omnia peccata morte punit, sed nonnulla, quæ ex humanæ imbecillitatis casu committuntur, cum amicitia divina simul consistunt, id non est ex peccati ipsius naturâ, quippe quod per se & ex se amicitiam cum Deo semper lædit, sed ex accidenti, quia homo peccator DEO per Christum reconciliatus est, qui eundem fide apprehendentibus peccata non malitiosè patrata condonare se velle ex libertim gratiâ promisit.

XX. Quartum denique & ultimum argumentum ab adjunctâ legi maledictione concludit: Quicunque non servat omnia præcepta legis, is maledictus, adeoque morti obnoxius est. At qui venialiter peccat. Ergo. Locum verò Mosaicum, indefinite conceptum, qui definitè sine gravissimâ ratione intelligit, partim in communes interpretandi regulas peccat, partim ab aliis scriptoribus sacris manifeste refellitur. Jeremias enim cap. XI. vers. 3. maledictionem Mosaiacam ad omnia verba federis Divini, cum Israëlitis Ægypto exeuntibus pacti, id est, Decalogo comprehensi, cuius ultima lex est: *non concupisces*, extendendam esse, diserte docet. Et Paulus, Gal. III. vers. 10. 13. ideo Christum ipsam maledictionem legis à nobis sustulisse asserat, quia lex maledictioni omnes subjecerit, à quâ maledictione liberari per nosmet non poterimus. At quomodo lex maledicere omnes intelligi potest, si maledictio ad certos tantum peccatorum mortalium casus est restringenda?

XXI. Concludimus itaque: & concupiscentiam esse veri nominis peccatum, & peccatum veniale ex naturâ suâ nullum dari.

TANTUM.





JUSTIFICATIONE.

57

iaستico vel Pontifici competit jus remitten-
potestativum? A. utrumque contra Pontifici-
onis materia, vel id quod nobis donatur in *De Materia.*

quo Justi denominamur, sit ipsa Justitia
ibutum Dei essestiale? N. contra *Osiandrum.*
Justificationis materia, adeoque justificet in
soluto & ratione sui ipsius, ut ipse credendi
ojustitiae; non quidem quod talis sit in se,
ulis talis censeatur per acceptilationem: An
istificationis *instrumentalis*, cui tribuatur hic
tum organico, relativo & objectivo, quatenus
prehendit & applicat subjecto? N. prius:
ocin. & Remonstrantes.

justificet tum dispositivè & meritorie; tum ma-
tive ut justitia inchoata? N. contra *Pontifici-*
eria. Justificationis sit Obedientia novæ vitæ,
ustitia per gratuitam acceptilationem à Deo
contra Socin. Anabapt. Remonstr. Coincidit: An
Deo consistimus, in imitatione Christi sita
gelian.

ti Satisfactio & Obedientia, quâ Justitiæ
s juri nostro loco satisfecit, sit causa materia-
An verò Beneficium hoc, tum Remissionis
donationis vitæ æternæ, nobis contingat ex
ricordiâ & gratiâ, citra satisfactionem? A.
contra *Socinian.*

tisfactio Christi pœnalis, quâ, pro peccatis no-
tatione, comminationi illius satisfecit, sit Ju-
stitia materia, sive perfecta nostra ad salutem ju-
tisfactio ipsius obedientialis, quâ, tum in reli-
passione suâ, Legis mandata perfectissimè
e omni Legis rigori nostro loco satisfecit, sit
re quidem, sed naturâ tamen, ab alterâ distin-
te Justificationis nostræ? Aut, an hæc Obe-
dientia, activa sit istius Beneficii causa tantum

H